quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praedictos Terminos Officij praefati Castrensis Premysliensis dilationem sibi non recipiendo, nullasque Monitiones, Appellationes, ac eam Prosequutiones faciendo, ac praedicta via praesentis simplicibus vel implicatis, Evasionibus, suspensionibus, Fatalijs Juris, Prohibitione Terri bello, Conventionesque, ac alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non evadendo nec quovis modo subterfugiendo. Hac sua praesenti Inscriptione ad praedictam mediante.

Actum in Castro Premysliensi Feria Quinta post Dominicam Judica Quadragesimae Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Sexto. 6/IV 1656

Vruski Horodyski Quietat.

Coram officio et Actis praedictis Castrensibus Capitulis Premysliensibus praesentibus comparens Nobilis Stanislaus Vruski Limowiczak, sanus mente et corpore existens, a Terris Dominijs, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs, et competentibus ratione praesenti vero Jurisdictioni Castrensis Capituli Premysliensis, quo ad actum praesentem attinet se cum Successoribus, ac bonis suis praesentibus ditibus tollere et plenarie subijciendo et incorporando pro ala libere, publice ac praeceptorum Dignitatis. Quia ipse Nobilem Arye Horodyski Trysylak, et eius Bonos de Inscriptione Coram actis sive Terribus sive Castrensibus Premysliensibus sibi supersumptum Octuaginta florenorum Polonorum factum et recognita et super illius Bonis hereditarijs, Kempe Pulcwierci Sobij Prociczowska nazwaney, in Villa Horodyscze ad solvendum modo obligatorio assecuratum ob praedictam sibi summam supersumptam Octuaginta florenorum Polonorum totalem et integram pro-bonem, quietat, emittit, et liberum, absolutumque facit perpetuo, Inscriptionem

sionem obligationem, cassat, mortificat, et annihilat, ac de bonis condescendit, ubi, suisque Patris ratione [illegible] imponendo silentium.

# Idem Consorti suae Reformat.

Coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitulis Premysliensibus praesentibus comparens Nobilis Stanislaus Vruski, sanus mente, et corpore existens, a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusdam propriis et competentibus rudibus, Praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capituli Premysliensis quo ad actum praesentem attinet, se cum successoribus, ac bonis suis quibusdam omnibus tollit, et plenarie subjicien, et incorporando palam libere, publice, ac praeexistentibus Praesentibus Nobilis ipse Nobili Catharinae Czaikowska, olim Nobilis Jacobi Czaikowski, cum Nobili Anna Smoczynska procreatae filiae, Consorti vero suae Letitiae, et eius Patris, Summam Quinquaginta florenorum Polonicorum, ratione veri dotis, et expectationis praeter eam acceptae, et in domum suam importatae, Hec non aliam similem Summam Quinquaginta florenorum Polonicorum, ratione certi, veri, et liquidi dotalitii, in et super medietate omnium quibusdam bonorum suorum haereditarium, et obligationum, summarumque quarumvis pecuniarium, nunc habitarum et in post habendarum dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit, et reformavit, prout praesentem dat, dotat, dotalitiat, inscribit, et reformat. Quam quidem medietatem omnium, et singulorum bonorum suorum eadem Consortia, cum omni eorundem bonorum jure, dominio et proprietate, omnibusque et singulis utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, obventionibus, attinentibus, et pertinentibus quibusdam universis